



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Christianæ. Institvtionis Formula**

**Sonnus, Franciscus**

**Sylvædvicis, 1570**

De quatuor Nouissimis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30409**

nostrum adulterium dicens,  
Qui viderit mulierem ad cō- Mat. 7  
cupiscēdum eam, iam mœcha  
tus est eam, in corde suo.

De Quatuor nouissimis.

MAGISTER.

VERùm quę sint quatuor no  
uissima semper memoran  
da? DISCIPVLVS

Primum est dies mortis : qua  
vt nihil certius, ita nihil est  
hora eius incertius. Secundū,  
dies iudicij extremi: quod ve  
niendo veniet semel ac simul  
super omnes homines qui  
sunt, fuerunt, vel erunt. Terti  
um, dānatio ad æternum sup  
plicium: à quo nulla vnquam  
est redēptio. Quartum, beati  
tudo regni cælestis quæ neq;  
gaudij habet, neq; gloriæ fi  
nem. MAGISTER.

De his autem nouissimis ni  
hil ne

DE VIRTUTIBVS.

hil ne cōmemorat Scripturā

DISCIPVLVS.

Eccl. 7 Vtiq; & sanè sententiā mar-  
more & auro dignissimam, di-  
cēs, In omnibus operibus tu-  
is memorare nouissima tua,  
& in aternū nō peccabis.

MAGISTER.

Quā gaudeo, Deus bone, &  
totus exulto quòd te, fili mi,  
tam memorem, tamq; Christi  
anè institutum inueniam.

DISCIPVLVS.

Tuum est, domine, tibiq; vni  
secundum Deum debeo quic  
quid in me rectæ institutionis  
inuenisti, Sed quid retribuā tū  
tę tuæ erga me beneficentiæ?

MAGISTER.

Nihil. Equidem nō aliud pe-  
to, quàm vt ij qui ex hoc nost-  
ro labore proficient, studeant  
numē diuinum mihi præfens  
pro-

AC VITIIS. 107

propitiumq; reddere suis ora  
tionibus: in primis autem tu  
qui me docentem audisti.

DISCIPVLVS.

Faciam sedulo, pro mea qui  
dem parte.

MAGISTER.

Bona fide?

DISCIPVLVS.

Etiam mente deuotissima.

MAGISTER.

Abundè satis feceris.

V A L E.

